
PAMFLET
82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

No. 2676

D. VI. 189

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

W 22

BREVIS DE SCRIPTIO EORVM, QVAE IN

Aduentum Fœlicißimi Inuictißimiq; D. N. CAROLI
V. ROM. IMP. AVG. a S. P. Q. TRAIECT.
apparata ſunt, Veluti, Arcus Triumphal. Sta-
tuæ Coloßeæ, aliaq; id genus pleraq;
cū carminibus & inſcriptionibus.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

TRAIECTI
Harmannus Borculous
excudebat.
Anno. 1540. XVIII. Cal. Septemb.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO
Ceſareæ Maieſtatis, Ad Annum.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

HARMANNVS BORCVLOVS CAN-
dido Lectori S. D.

ET tua, & mea intereſſe arbitror cãdide lector, ut ordine ſuo excudãtur ea, quæ S.P. Q. TRA IECT. in gratiam fortiſſimi pientiſſ. q; principis D.N CAROLI QVINTI IMP. AVG. ſub eius ingreſſũ fieri curauit. Ea præſertim quæ ad inſcriptiones carminaq; attinent. Huiuſmodi n. ſi ab indocto quopiam per inſcitiam deprauentur, gratiam perdunt. Quæ uero ad pompam, cæteraq; id genus ſpectant, res ipſa loquetur, fama diuulgabit. Iam & egregij pictores, & architecti, & ſtatuarij quanto artificio hæc tum conſtituerint, tum exornarint, pauciſſimorum iudicij eſt. Vt modeſte dicã, Nihil extra Italiam ſimile uiſum eſt, Vale & fruere, Traiecti Batauorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Ad Portam ſuburbanam.

PRincipio depicta eſt imago Bonæ Fortunæ, quæ neq; cæca ſit, neq; ſpheræ inſiſtat, ſed in quadrã gulum ſubſellium pedes figat. huic inſcriptum.

ἈΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ.

Intra Suburbium Ad pontem Aurig.

Statua ciuitatis matronali habitu, præferentis oleam cum hiſce uerſibus.

Exoptatus ades Maxime Carole
Nunc reipſa mihi ſum reddita, Sentio
Exuto ſenio priſtina robora.
En totam tibi me dedico & offero,
Auguſtam auſpicijs effice me tuis,
Salue o præſidium meum.

Porta Telonia ornata eſt in modum Arcus Triũphalis. Cui præter inſignes picturas & Aegyptias notas hic titulus inſcriptus eſt.

INVICTISS. FOELICISS.Q. CAROLO V. RO. IMP. AVG. PP. Indico, Turcico, Africano ter max-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

imo, liberatori Vrbis, conſtitutori reip. auſpici fœlici=
tatis, autori pacis, uindici legum, fundatori quieti:
S. P. Q. T. PP.

Ad Pontem Fullonum

Dionyſij Bacchi ſtatua ſubſcripto diſticho
Ceſſere Indorum quæ ſanximus Orgia, poſtq̃
Per te ſucceſſit Carole uera fides.

India.n. a Dionyſio uicta, impuriſſima eius ſacra
ſuſceperat. Sed poſtq̃ Caroli Aug. imperio audiuit, re
iectis idolis Chriſtianam religionem cœpit amplecti.

Ad Pontem D. Gertrudis.

Alexandri Macedonis cognomento Magni ſtatua
cum hoc diſticho.
Magna quidem geſſi, ſed te comitatur ab Indis
Geſtorum longe Carole maior honos.

Ad interiorem Portam.

Salue cura Dei, patriæ pater, optime Cæſar
Qui orbis quadrifidi ſceptra ſuperba tenes.

Sis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Sis bonus o fœlixq́; tuis, uultuq́; ſereno
Nos tibi deuotos excipe certa ſalus.

Cantatiſſima eſt Alexandri Magni gloria. Aperuit n. regiones incognitas, orbemq́; patefecit. multorum interim magno malo. Imperator uero ita Victoria uſus eſt Vt nihil optabilius obueniri potuiſſet Indis, q̃ ut hac ratione uincerentur Perierant etiamnum niſi ſic periſſent.

Ad Pontem Fabrorum

In hoc ponte (quia Cæſar trãſmiſſurus erat) duæ ſtatuæ locatæ ſunt, cum ſingulis ſymbolis Imperatorijs. altera quidem Herculis columnas in humeros tollentis. altera uero Iaſonis aureum uellus induti.

Herculi ſubſcriptum

Terminus hic alijs fuit, at tu inuicte columnas
Longius egreſſus, perge, age, & ulterius.

Nempe eo terrarum Herculeæ columnæ tranſferendæ ſunt, quo Imperator Vſq; eſt progreſſurus; ut idem ſit & orbis, & fortunæ Aug. terminus.

Iaſoni ſubſcriptum.

Stultus ego ad Borean abij, tu tendis in Auſtrum.
Fruſtra ego, tu ſolus Vellera fulua tenes.

Celeb.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Celeberrima apud poetas Argonautarum in Colchos expeditio eſt. Vix unicum illud aureum uellus pro tantis laboribus & periculis domum retulere. Quantum uero diuitiarum ex India ad Imperatorem noſtrũ peruehatur, notius eſt, q̃ ut hic explicetur. Illud mirandũ eſt, nõ uane Aſtronomos olim Argo nauem ad Auſtrũ obſeruaſſe.

Ad Pontem Canonico. Regula.

Mimi hiſtorias Indicas exhibentes.

Ad pontem Arcis Romanæ

Meta triangularis Ro. Legi. monumentum.

A fronte Metæ inſcriptum.

FORTISS. MIL. V. ET. XVIIII. LEG. *quorum opera fortiter Vetera Caſtra defenſa ſunt* POLYANDRION.

Subtus in Zophoro.

Si quid adhuc manes, cineres, atq; oſſa ſepulta
Mentis habent uocisq;, iubent ſaluere reductas
In ſua caſtra aquilas, fœlix fauſtumq; precantur.

A dextero latere Metæ inſcrip.

OSSA. V ET. XVIIII. LEG. *cum Quintilio Varo miſere trucidatorum, iuſſu Germanici Imperat, huc conlata quieſcunt.*

In Zophoro

Hinc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Huc reduces olim poſt tempora longa reductum
Senſerat iri aquilas legio undeuiceſima, cuius
Hæc Veterum manes caſtrorum hiberna tuentur.

A Siniſtro inſcriptum.

M. CETHEGO LABEONI LEGAT. V. LEG. Quod
cohortes & alas a Phriſijs receperit.
MIL. PRAESID. Vet, PP.

In Zophoro.

Hunc legio ſibi Quinta locum Romana tenebat
Atq; acri undeuiceſima cum Labeone Cethego
Nil deerat præter Caroli q̃ numina Quinti

Ne queſo exiſtimes optime lector Aeſopicæ corniculæ more nos alienis ornatos eſſe plumis, ut quæ alibi locorum geſta ſint, ad noſtram urbem detorqueamus. Hoc·n·neq; iniuria careret neq; turpitudine. Quare ſi ea diligentius paulo excutias, quæ Cornelius Tacitus de Veteribus caſtris, de Quintanis & Vndeuiceſimanis conſcripſit, omnem tibi ſcrupulum exemeris. Tum etiã fatearis credo, nonnihil hinc Tacito lucis acceſſiſſe.

Ad pontem Præſidij, quem Guerdiæ dicunt.

Mimi Turcica agentes.

In Foro Palatino.

Curia exornata eſt architect. opere, more antiquo. Ad
quam

quamquatuor ſtatuæ collocatæ ſunt, Videlicet Auguſti, Dagoberti, Caroli Martelli, Henrici Saxonis Ro. Regis.

Sub Auguſto.

Auguſtus Veterum Caſtrorum conditor urbis
Autor Tacitus Annal. lib. xx.

Sub Dagoberto.

Vrbe pius fidei Dagobertus ſemina ſparſit

Hic primus ædem D. Thomæ ſacram dicauit. quo loco poſtea D. Martino Summum (quod uocant) templum extructum eſt.

Sub Carolo Martello

Martellus Friſios profligat Carolus Vrbe.

Friſij expugnato Traiecto, omnia Chriſtianæ fidei monumenta aboleuerunt. Quibus a Carolo Mar. eiectis, D. Clemens (ab Anglis Villibrordus dictus) Euangalium prædicauit apud Batauos.

Sub Henrico.

Expulit

Expulit Henricus Danos & liberat urbem.

Henricus Cæſar Danorum & Normannorum præſidijs expugnatis, Chriſtianos qui metu diffugerãt reuocauit, Vrbemq; dirutam rurſus ædificari iußit.

In primo Zophoro

Titulus aureis literis.

PIISS. CLEMENTISS. Q. CAROLO. V. RO. Imp. Aug. ob leges redditas, deuotiſſimus eius maieſt. S.P.Q.T.PP.

A prima contignatione columnæ. Inter has Inſignia Imp. cum ſymbolo.

In Secundo Zophoro.

Vt noua telluri facies redit, aurea quando
Vellera Phœbæo lumine clara nitent:
Sic ubi ſidereo reſpexti hæc mœnia uultu,
Iuſtitia ac leges Carole prouenium.

Supra zophoron a ſecunda cõtignatione Iuſtitiæ Imago depicta eſt.

In tertio Zophoro

 Dicite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Dicite Io Pæan tandem Reſpublica Quintum
inuenit Carolum ſolum in quem feſſa recumbat

Supremū Zophoron Aegiptia ſymbola implent

Ad pontem Bauarum.

Statua Guilielmi Bauari Co. Hollan. cū inſcriptione:
ILLVSTRISS. Gulihelmo Bauaro Co. Holland.
ex S.C.P.

Hic ob q̃plurima beneficia in noſtram urbem collata, meritus uidetur, ĩ cuius gratiã pōs & cōſtrui, & cognomine debuerit inſigniri.

Ad Pontem Piſtorium

Vertumnus & Pomona ſunt locati. Nam ad hunc pontem fructus fere, & olera uenduntur. Tam frequens, tãq; nobile hoc forū eſt, ut qui Oceanū accolūt, nauibus hinc poma deuehant. Nec unq̃ tã ſterilis annus fuit, quin fere poma ſuperfuerint.

Carmina Baſi
inſcripta.

Tu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

VERT. Tu Tiberinis eras coniunx, ego natus in urbe
Nunc dici Batauus geſtit uterq; lubens
PO. Sed qd nūc? Cur tot ꝓdigus mihi poma ꝓfūdis?
VERT. Cæſar adeſt, ne quis deſore poma putet.
PO. Cæſare qd tibi cū magno? VE. Quia Cæſare ſaluo
Nil mihi defuerit, pomaq; plura feram
Nos colet & uulgus, quod ni colat īproba turba,
Sentiet in crineis mala uolare ſuos

Hinc ad dextram ſi paululum iter inflexeris, in forum Boarium deuenitur. Huic fere prætextus eſt Arcus Triumphalis Spei & expectationi dicatus. Cuius exactam deſcriptionem non huius eſt temporis ut depingamus. Argumentum, Inſcriptiones, carmina ſatis erit annotaſſe. Arcus igitur hunc habet in modum.

A fronte ſupra fornicem titulus

GLORIOSISS. AC RELIGIOSISS. D. N. CAROLO. V. IMP. AVG. poſt liberatā Africā, fugatum Turcam, Chriſtianorum principum odia ſublata, ſubmotoq; ſi quid obſtare uidebatur, ut rem Chriſtianā fœliciter reſtituat, Spei & expectationis ergo
S. P. Q. T. PP.

In intercolumnijs quatuor extant celatæ hiſtoriæ. Ezechiæ ſcilicet confringentis Aeneum ſerpentem.

Subſcriptum

Ne quid nimis.

Tum Ioſiæ Deuteronomio reperto fœdus inter Deum & Iſraelem ferientis.

Subſcriptium

Lux inſperata.

Dehinc Eſdræ templum iterum conſtruentis.

Addito

Vt potui.

Poſtremo Machabæi templum purgantis.

Adiectum

Audentem iuuat Deus

In dextro Arcus latere inſcriptum eſt

Spes unicum miſeris præſidium.

In Zophoro

Omnia pacaſti Cæſar nunc pace reducta
Reſtituenda fides proxima cura uenit.

A Siniſtro uero latere inſcriptum

Spes ſola res fulcit mortalium

In Zophoro

Orbi quum tibi ſit toto pax Carole parta
Relligio rel qua eſt altera cura tibi

A tergo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

A tergo, loco titul hæc carmina.

Quo duce tot parti Cæſar tibi magne triumphi
 Tantaq; ſunt forti præli; facta manu
Ille bonis auibus (quando iamuiceris omnes)
 Te quo cæpiſti pergere calle uelit.

In intercolumnijs, quatuor ſtatuæ locatæ ſunt, Videlicet FL. Conſtantini, qui primus Nicænum coëgit cōcilium.

Subſcriptum

Incipere dimidium facti.

Hic eſt Theodoſius, qui ſynodo Conſtantinopolitano præfuit.

Cum Elogio

Salutare ſidus.

Dein Flauius Ricaredus Gothorum & Hiſpanorum rex Catholicus, qui Concilio Toleti indicto Areanæ hæreſeos reliquias deleuit.

Elogium

Magiſtratus uirum arguit.

Poſtremus eſt Carolus ille Magnus, qui celeberrimo Epiſcoporum conuentu Moguntiæ celebrato interiora Germaniæ ab hæreticorum errore liberauit.

Subſcriptum

Potior ui perſuaſio.

Intra fornicem Tabulæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Vtrinq; inſertæ ſunt.

Quarum altera, quæ in ocidentem æſtiuum uergit hoc habet argumentum.

Imperatori pro tribunal ſedenti adſunt.

Scriptura, Aequitas, & Sapientia.

Infra aſtant Fides Orthodoxa & Opinio diſputantium ritu. Cum hoc Diſticho

Pura fides latebris emergat, Opinio cedat
Vt redeat candor Carole cuiq; ſuus.

Aduerſæ Tabulæ hoc eſt Argumentum.

Imperator exerto gladio Hæreſim & Abuſum ex eccleſia in barathrum dat præcipites

Intra templum conſiſtunt Veritas & Diſciplina.

Diſtichon.

Has cape conſilij comites, ita Cæſar Abuſum
Atq; uafram terris Hæreſin expuleris.

Quid ſibi hic Arcus uelit amice lector credo te facile coniecturum. Si qua ſubobſcura uidebūtur cogites uelim futura ſemper poſita eſſe in ambiguo.

Multa cadunt inter, Faxit DEVS OPT. MAX. qui IMP. M. ultra omnium ſpem & expectationem hactenus prouexit, ut reliqua omnia eodem fœlicitatis tenore in poſterum ſequantur.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Ad finem fori Boarij ſtructa eſt Coclea. LX. p. altitudine

A cuius baſiq̃ longus ſcapus eſt in altum chorea duci-tur, ex omnis generis hominib. conflata.

Singulis ſtylobatarum lateribus ſigillatim inſcriptum.

Publicæ læticiæ
Voto inſperato
Fauſtæ gratulationi
Immenſo gaudio.

Cocleæ. VII. P. ſtatua Læticiæ ſuperimpoſita eſt.

Huc uſq; omnia deſcripſimus ordine, quo primum con ſtituta ſunt.

Ceterum quia metus erat ob continuos imbres, ne nimis moleſtum eſſet IMP. M. *longius Vrbem obequita-re, etiam porta Inſularis, quo breuior uia eſt Amſtere damo uenienti, exornata eſt inſtar arcus triumphalis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

D. CAROLO. V. ROM. IMP. AV PP
cuius auſpicijs Concordia in urbem reducta eſt. an[illegible]e
ctorumq; Obliuio inſtituta. S. P. Q. T. PP.

Supra

Victoria & pax, Inter has IMP. Inſignia.
Faſtigium inſcriptum Aeternitati.

Intra urbem ſtatim occurrit Themiſtoclis Statua.

Inſcriptum Zophoro

Scientiæ Milit.

Inciſum pilæ

Arte fuit belli me nemo ſcientior unq̃
Sed nec erit, ſi tu Carole defueris.

Ad pontem diui Iacobi

Lucullus. In Zophoro: *Fœlicitati Imp.*

In pila

Conanti mihi ſucceſſus non defuit unq̃,
Tuquoq; Cæſar obis alite cuncta bono.

Ad pontem pecuatium.

Ariſtides

Ariſtides. In Zophoro. *Virtuti Imp:*

In pilà.

Robore nos animi prudenti heroica uirtus
Reddidit illuſtres Cæſar alumna tua

Ad pontem D. Ioannis.

Q. Fabius Maximus.

In Zophoro *Autoritati Imp.*

In pila

Magna fuit quondam populo reuerentia noſtri
Nec minor eſt Cæſar gentium ubiq; tua,

Vnus reſtat Mercurius Batauienſis, ad Imp. Palatium collocatus. Hic ut ſolet aliquando in quadratum a pube deſinit, in morem Termini. Cuius ad formam hi Verſus congruenter facti ſunt.

Huc Cæſar adſum fidus interpres Deorum
Hermes, ab urbis huius incolis rogatus
Agam ut rudis ſui triumphi interpretem
Sed tempus haud patitur, ut hoc diutius
Loco explicandis ſingulis moleſtus
Sim forte docto Cæſari, idq; laſſo
Candoris hoc tamen tui ſit
Cæſar benigne interpretari

Batauicæ ingenia plagæ
Craſſa, attamen minime mala.
Tu modo faue & frequentem
Huc commeare Cæſar
Hermem iubeto
Latio relicto
Ornabitur
Vrbs litteris
Honeſtis
Opibusq;
Vale.

Liberauimus (puto) noſtram fidem, promiſſa præſtitimus. Illa modo adijciemus quæ Ricus Verhorſtius Oenopola ciuis egregius pro domo ſua appenderit.

Argumentum picturæ erat.

Aquila in nubibus fulmine minitans.

Additum Carmen:

Vt Iouis armigero (qui tæla triſulca Tonanti
Sufficit) imperium in uolucres ſub nubibus omnes
Ceſſit, ita & ſuperi Carolum uoluere monarcham
Orbis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Orbis, ab Aeoo occiduus quã longus inundas
Ille etiam ſæuum Iouis ales ab æthere fulmen
Quum uibrare queat, flammaq; ferire triſulca
Parcit, amatq; bonos, mitis quia parcere Cæſar
Hunc docuit, duros tantum lacerare peritum

In ſuperiore oſtij limine ſub uineam, quæ domum amœniſsima umbra refrigerat.

Certa ſalus patriæ Batauis modo redditus oris
Magnus ab Heſperia plaudite Cæſar adeſt
Lætitiæ autor adeſt Cæſar, depromite uina,
Ponite crateras, gaudia uina uolunt.
Læticiæq; dator Bacchus ſpumare falernum
Et iubet in ciclum ſæpe redire ſcyphos

Iam te (ni fallor) o lector ſatis ſuperq; onerauimus, adeo q; ut etiam de faſtidio metus ſit. Dumq; finem facere cogitamus commodum nobis bellaria aliquot miſit iocoſus ille Vertumnus, ſuauia quidem, & ſi forte minus durabilia. Ea igitur priuſq̃ putreſcant communicanda cenſui. Lege & ride.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

VERT. Paſquillus Romæ mutilum deformeq́; Saxum
Hac ego Vertumnus dicor in urbe Deus.
Dicta uolant Romæ circum caua tempora nobis
Pomo. Acria, mordaci ſcommato puncta ſtilo
Hoc quoq́; nunc minime dicteria ponte requiro
Quũ plebs quã cupiã ſcõmata plura ferat
Hæc mihi ſacra placẽt, quæ ſi minus uxor ama
Fac l.t. t uulgus putrida mala ferẽs. (bis

(requiris?
VER. Quæ mora? qui abeo? PO. cõiux, quæ cauſa VER
Quod feriãt aureis ſcõmata nulla meas (irã
PO. At caueſis uatum mordax genus. VE. hocce uole
Qui mihi dat uerſus, munera grata dabit.
Garrula turba taces? poſt hæc denũcio bellum
Quemuis proſcindam Troſue Italuſue fuat
PO. Ruricolam ne ſperne Deũ, qui ſpreuerit, uſq;
ſentiet irati numina dira Dei.

VIA Mirari ſubijt, Latia cur urbe relicta
Ceperit urbs animos noſtra Bataua magis?
VER. Rurſum tu reputes animo, num qua urbe uiator
Pomi feſtis diuis par habeatur honos
Nunquid

VIA. Nũquid corpus honos alit? VE. imo diues abũde
Nos ſimul & populum pomifer hortus alit.
VIAT. Quæ uos ſacra iuuãt? VE. mordacis ſcõmata
Quæ tibi plebs iſto pluria fõte dabit (uulgi.

In Zoilum.

Carmina qui neſcis, & uis tamen inuide noſtra
Carpere peſtifera pulſus ab inuidia.
Zoile debueras, ſiquid modo carpere poſsis
Verſibus incomptis ludere more tuo.
Improbe tun uitio ſanctum mihi uertere nomen
Audes, & falſo flectere ab inſtabili?
Imo ego, quod mala muto bonis, quodq; omnia uertã
In melius, Superi ſic uocitare ſolent.
Omnia quum uertam in melius, tamẽ inuidus expers
Numinis eſt noſtri, ſupplicium ipſe ſui.

FINIS

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82

388

7:10

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 82